



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

1. Quid sit contractus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

aut difficulter fit restitutio. Primiò, si quis bona hædum ad alios hæredes sua cooperatione facit venire deindè, si quis, minùs idoneos promouerit ad officia Ecclesiastica: aut ad bellum in re ciuili, quām maximè iniustum, vbi multi occidūtur corporaliter, sicut in iniusta promotione spiritualiter. Postremò, si quis famam proximi abstulerit: in his enim quantitas dimini aestimari non potest, yndè difficilia sunt ad restituendum: ab his ergo cauendum est maximè.

CAPVT XVII.

ARGUMENTA.

1. Quid sit contractus.
2. In quem finem Deus permittit contractum.
3. Quomodo benedicuntur rectè contrastibus utentes, & quatenus male utentes grauitate puniuntur.
- 4.



Ontractus est obligatio, qui ex duarum vel plurium partium pacto vel voluntate consurgit, sicut est inter emptorem & venditorem, qui ambo consentiunt in re cum pacto aut obligatione preci. Fit autem contractus quatuor modis: re, verbis, literis & consensu. Sunt autem contractus iuris naturæ, quia vita humana habet opus mutua cōmunicacione. Ideoq; Euangelium non abolet ordinationes politicas & ecumenicas, sicut nec iura naturæ, sunt ergo contractus ordinationes Dei, sicut aliæ politycæ ordinationes, vt magistratus, iudicia, leges: & sicut Salomon dicit Prou. 16. Statera & pondus iudicia Domini sunt, id est, res à Deo iustè ordinatae: sine his enim homo agere non poterit. Spectant autem hæc ad corporalem necessitatē procurandam: Ideò emere & vēdere rectè atq; Christianè, non sunt peccata. Deus quoq; donat hominibus artes ac diuitias variarū.

rū

rum ppter mutuam cōmunicationem, vt ex illis & ceteri alantur. Indē sunt tā varię artes mechanicæ, in uentiones rerū, officia, scientiæ, quæ omnia sunt do na Dei, ad corporalē nostram societatem & necessita té ordinata: ideo tales artifices agnoscunt artē suam esse donū Dei, sicut etiā sciētiæ aliarum disciplinarū.

Secundò, finis illarum ordinationum & contra-
ctuum est considerandus: est autem principalis finis
huius ordinationis, & Deus ordinavit hæc dona in
hunc finem, vt per eam exerceamus charitatem: ideo
Christianus in fide debet vti contractibus. Hoc autē
fit, quando sic utimur & exercemus mercaturam aut
commercial, tanquam dona Dei, vt in eo ostendat cha-
ritatem & exerceat erga proximum. Qui verò sic agit
in commercijs, vt defraudet proximum suum, & ipsi
per dolum malum struit insidias, atq; incōmoda ad-
fert, is grauissimè peccat, & dono à Deo cōcesso abu-
titur. Contingit autem hoc primum verbis, dum al-
ter alterum in contractu decipit mendacijs, laudat
merces falsas, iurat per nomen Dei in vanum, male-
dicit, nō soluit debitum iuxta promissionem verbo-
rum suorum: hæc omnia sunt contra regulam Chri-
sti, cùm ait: Quod tibi fieri non velis, alteri ne fece-
ris, Matth. 7. Deindē decipit falso modio, libra, vlna,
& carius inscribit mercē, quām digna est: & hi quoq;
grauiter peccant. Prou. 11. Statera dolosa abomina-
tio est apud Deum, & pondus æquum voluntas eius.
Et Leuit. 19. Nolite inæqualiter negotiari cum vlna,
cum libra & pondere atq; modio: sit modius rectus
vobiscū, & non iniustus, quia ego sum, Dominus scili-
cet qui vobis hoc mando. Ideò hæc omnia destruunt
charitatem, non ædificant. Igitur vult Deus, vt in ti-
more Dei, id est, propter ipsum Deum, qui vult vt ex-
erceas charitatem & iustitiam erga proximum, recte
exerceas tuam mercaturam. Nec hoc decet charitatē
erga proximum, vt si velim emere mercem quām vi-
lissimè